

*Die Stadt Rieti erhält einen Brief von NvK bezüglich der Besetzung der Burg Montecalvo. Daraufhin beschließt der Rat abermals einen Gesandten zu NvK nach Rom zu schicken, um die Sache bis zur Rückkehr des Papstes ruhen zu lassen.*

*Notiz (gleichzeitig): RIETI, StA, Archivio del Comune di Rieti, Riformanze 28 B f. 226r. Überschrift: Prima proposita littere r<sup>mi</sup> d. legati super arce Montiscalvi.*

*Druck: Meuthen, Die letzten Jahre 182f. Nr. XXXIV.*

*Erw.: Meuthen, Die letzten Jahre 42.*

Primo, quid videtur et placet dicto consilio deliberare, ordinare et reformare super continentia littere r<sup>mi</sup> domini legati alme Urbis etc. scripte super facto arcis Montiscalvi in dicto consilio lecte et exposite, de qua etiam supra facta est mentio: Et super ea deliberatum fuit, ut mittatur orator ad ipsum r<sup>mum</sup> d. legatum, ut supra generaliter proponendo.

5 Dictum consiliarii super prima: R<sup>dus</sup> pater dominus Claudius de Collis protonotarius apostolicus etc. vocatus specialiter ad dictum consilium dixit super prima proposita de littera r<sup>mi</sup> domini legati, quod mittatur omnino orator, sicut alias fuit decretum, ad Urbem eidem r<sup>mo</sup> domino legato ad excusandum hanc communitatem de mandato facto in dicta littera et ad informandum d. suam de iuribus ipsius communitatis, que habet in arce predicta et de omni re acta in tempore, quo rocca illa subtracta fuerat 10 dicte communitati, et demum ad supplicandum, ut supersedeatur et nulla molestia inferatur communitatii super ea re, donec s<sup>tas</sup> d. n. pape rediverit Romam vel Senas, et ad audiendum et referendum voluntatem prefati r<sup>mi</sup> domini legati, qui tueri debet iura communitatis, que sunt s. d. n. et ecclesie, et ad ordinandum et instituendum, si opus erit, pro communitati procuratorem et advocatum auctoritate presentis consilii.<sup>1)</sup>

---

<sup>1)</sup> Der Gesandte Rietis, wiederum Silvester ser Marci (vgl. Nr. 5928), reiste am 29. Mai zu NvK. Mitte Juni 1459 wandte man sich direkt an die Papst in Mantua, der Ende Juli die Orsini annies, die Sache bis zu seiner Rückkehr ruhen zu lassen. S. Meuthen, Die letzten Jahre 183 Anm. 1 mit Angabe der entsprechenden Stellen im Ratsprotokoll.